



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Celatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

lo sine. Appetere autem cathedram pontificalem, secundum Tho. quolib. 3. q. 4. a. 1. nō licet, quia cathedra pontificalis requirit charitatem excellentem, quam nullus scit se habere. sicut scientiam, idēō nō est simile de appetitu cathedræ pontificalis. Cōcord. Aug. qui dicit loc⁹ superior, sine quo populus Dei regi nō potest, & si admittretur vt decet, indeeenter tamē appetitur. Hoc idem Panormitan⁹ in c. eūm in cunctis. de electione. & gloss. in clementin. 2. de magistra. An liceat recusare iniunctam. infra, Episcopus. §. primo.

² PRÆBLATIONE appetere nō licet secundum Thom. quolib. 1. q. 6. a. 1. vbi dicitur, quōd qui hanc appetit, aut est superbus, aut iniustus. Et quolib. 5. q. 9. arg. 2. in fin. sic cōcludit, quia difficile est purgatum se quemlibet posse agnoscere. Et secunda secundæ. q. 185. argu. 1. & 2. cōcludit, quōd est illicitum, & presumpuosum, et quōd videtur peccatum mortale hoc appetere vel aliquid facere ad hoc. Concord. Pan. in c. per vestras. de iure patron. & dicit ibi Pa. quōd nō est idē de beneficio simplici. Vide suprā, Beneficium. §. 36. vsque ad 39. infra, Dignitas §. 3. ibi enim diffusē de hoc dicemus.

CÆCITAS.

CÆCITAS mentis, secundū Th. secunda secundæ. q. 115. est mortale peccatum, quando homo nō vult intelligere necessaria ad salutem, vt liberius possit malē agere, sine scrupulo & remorsu cōscientiæ. Secundo, quando ita occupatur in delectationibus Venereis, vel alijs, quōd omittit necessariam occupationem, quam Deo tenetur exhibere, vt audire missam in festo, & huiusmodi. arg. d. 38. c. qui ea. Cæcitas mentis, luxuriæ filia à Gregorio dicitur, sicut hebetudo sensus, gula, de quibus in locis suis infra dicitur.

CEDERE.

CEDERE bonis, debet nō valens creditoribus suis satisfacere, & talis cessio ei ad tria valebit. Primo, ne

incarceretur. Pa. in c. Odoardus. de solutio. suprā, Carcer. §. 7. Secundo, ne excommunicetur: & si erat excommunicat⁹, absoluat⁹, recepta debita cautione de soluendo, si ad pinguiorem fortunam venerit. d. ca. Odoardus. Tertio, quōd nō condemnetur, nisi in quantum facere potest, habita ratione ne egeat. Non enim fraudandus est quotidianis alimentis. ff. de re iud. l. sunt qui in id. Limita hoc, quando nō conuenit ratione delicti, quia nō haberetur respectus ne egeret, etiam in clerico, secundum Panorm. in c. olim nobis. de rest. spol. Et vt valeat, debitum confiteri oportet. Pa. in d. c. Odoar.

CELATIO.

CELARE peccatū alicuius, quod quis indicare tenetur ad correctionem, & penitentiam propter pecuniam, aut gratiā nō perdendam, seu ob consanguinitatē, vel huiusmodi, est simonia. vt in c. nemo. de simonia. saltem quōd ad punitiōē, & mortaliter peccat, quia contra charitatem agit, proximi salutem min⁹ quā peccuniam, vel temporalem gratiam existimans. Nō est tamen propriē simonia, secundum Inno. sed vt simoniacus talis venit puniendus.

CENSURA.

CENSURA ecclesiastica nominat interdīctum, excommunicationem, & suspensionem, vt in c. quatenus. de verb. sig. Irregularitas verō quādam indecentiam, siue inhabilitatē dicit, infra, irregularitas. §. 1. Censura etiam ecclesiasticæ disciplinæ neruus appellatur, secundum Pa. c. cum inter de conf. no. 2.

CENSVS.

CENSVS est quādam pensio, quæ de prouentibus soluitur. 1. q. 3. c. quæsitū. siue quod annuarū soluitur in quantitate, vel summa. ff. de cens. l. ætatem. & est duplex, videlicet, publicus, & priuatus.

² QV 1 habet ius in quacunque re, in illa censum imponere potest. Instituit de vsu fruct. §. sine testamento. Ecclesijs autem nouos census imponere, vel